Niederösterreich (?), um 1300

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Memor esto huius inimicus improperabo dño: et populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentū tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum eorum que ab insipiente tota die. Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum: superbia eorum qui oderunt ascendit semper.

Confitebimur tibi deus confitebimur tibi: et inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego cōfirmaui columpnas